



**A**lbertus ex illustrissima familia Brandenbur-  
gēſium natus, frater Ioachimi ſenioris electo-  
ris & Iohannis filius extitit. natus eſt anno 1490. die  
28 Iunij. Eū parentes à teneris annis in literis ac om-  
nis generis uirtutibus inſtituerunt, ita ut in uirum  
maximū euaserit. Vnde primò canonicus Mogun-  
tiniſis & Treuerenſis conſtitutus fuit. In ea fun-  
ctiōe ſua pietate & uitæ integritate talem ſe decla-  
rauit, ut omnes magnam de eo ſpem conciperent.  
Vnde cum Magdenburgenſis ſedes uacaret, anno  
1513 in eius loci Archiepiſcopum electus eſt. Mox  
etiam Halberſtateniſis Episcopatus adminiſtratio  
committitur. In ijs locis adeò moderatè ſeſe geſſit,

ut omnibus gratiſſimus exiſteret. Sequēti uerò anno 1514, cum Vrieli Mogun-  
tiniſis præſul uita functus eſſet, ſei ob plurimas corporis & animi uirtutes e-  
tiam eius loci eccleſia cum Electoratus dignitate committitur. id quod hæc-  
tenus nemini aut pauciſſimis contigerat. Pontifex quoq; Leo huiuſmodi ele-  
ctiones confirmauit.